

id scio ad salutem fore adolescentibus, hac saltem in parte per DEI gratiam, vobis fideliter serui.
Quascunq; in meo seminario felicis naturae plantulae nacti fuero, eas ita nauter excolam cu DEO
ut possint deinde cum aliqua laude & gratia in vestrum optime consitum vineum, quasi quaedam
germana viui radices transferri. Valete. 3 Idg Nouembris. 1. 5. 6. 6. Duisburg.

Ecclesiae vestrae Studiosissim.

Johan. Melang.

N. 158)

Clariss. Doct. Sebastian. Heideck. Pax Christi.

[= Misc. A. 12:

N. 86]

Clarissime doctor Franciscum tuum quando ita postulas ad me recepisti, daturus operam quae
erit setum in me ut tua prudentia intelligat, in eo liberaliter instituendo neque fidem mihi
neque diligentiam defuisse. Est multum (ut ait Poeta) in teneris assuescere, promota nobis esset
omnia, si puerilis institutionis fundamenta fuissent aut iacta feliciter, aut certe fideliter con-
servata, in ea statim aetate quae ut Grammaticorum Canonum molestias pro delectamento ha-
bet: ita nimis aspera est correctricem manum admoventis. Constituimus ordinem à limine nimirum à
primis Latinae linguae rudimentis. Hoc quidquid est tui, si iuxta mecum adolescens poterit perpe-
ti, reliqua deinde studia nostra maioris cum voluptate progredientur. Sed ante omnia DEO facienda
vota sunt, ut utriusque, conatus, meos scilicet atque ipsius adolescentis, prosperare dignetur sua benedictio-
ne. De pecunia ante sextum mensem non laboramus, cum ita exarserit. D. Doctor si erit commodum
mittet Daleri sexdecim, & rursus totidem anno elapso. Si volet DEVS & si vivamus, hos hyber-
nos menses tres vel quatuor commorabimur hic ad ripam Rheni Duisburgi. Interea Bremenses
si mihi meisque adolescentibus immunitatem spondebunt, ab omni corruptela doctrinae & cultuum
sedata peste novo demum vere ad functionem nostram nos reuocabunt. Sin quod magis credo,
Swarmerismi reliquias pergent excludere, nisi mihi Brabantia gratas compedes mitterit, isstius ad
epos transibo. Vale Doctor vere doctissime. 3 Idg Nouembris. Duisburgi. 1. 5. 6. 6.

Tuae D. Studiosiss.

Johannes Melanus.

N. 159)

M. Jacobo mylio Heideck. Pax Christi.

[= Misc. A. 12:

N. 87]

Iacobe Frater Disce Gaudemus tibi isstius et uxori tuae omnia haec tunc secunda evenisse. Nos
interea varie exercitii sumus. Gratias tamen agimus DEO patri nostro quod vivamus etiam nunc
omnes qui Brema in uno contubernio vivimus, extra unum adolescentem Flandram quae Bre-
mana pestis suffulit, is ante menses sex vel septem mendicans ad me confugerat, sonans ver-
ba quaedam Latina non admodum concinne rogabat, ut sub meo tecto haurire posset. recepi in con-
victum, erat ingenio felicis, studio autem incredibilis paucis mensibus omnes aequales suos pos-
se reliquit. Quid multis moror? proposui ei doctrinam pietatis legebat semper vespere unum
caput, donauit ei novum testamentum latinum, edicebat, quaedam alia studiosissime legebat, pla-
ne ut transformari videretur. Cum autem iam clausa schola essent et me mei contubernales pau-
latim desererent. 4 puer in Brabantiam euntibus hunc novum matello instructum volebam adiu-
gere. Forte Magister Henricus cum hoc meum consilium audisset (eius auditor erat) Dolendum
est (inquit) illum puerum tam egregia natura sic amitti. Quid facerem? Jam ancillas absolutas